

ITALUS
AD
FEBRONIUM
J. C. CLARA
DE STATU ECCLESIAE
EDITIO ALTERA

NOVIS CURIS ELABORATA, CORRECTOR,
ET ADAUCTA.



VENETIIS, MDCCCLXXV.

APUD SIMONEM OCCHI
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



BENEVOLOLECTORI

AMICUS ITALI.



EM Italis pergratam, Theologicorumque Tentaminum Auctori suminopere proficiam, ne dicam plane necessariam, me fecissime teneo; dum Epistolas quas Italus ad Julianum Febronium J. C., de Stata Ecclesie dixit, publico prae lo committere fatago. Quandoquidem cum iam ille, & compleverit, typisque Dissertationes ad Loca Theologica spectantes deflinaverit; ubi de Ecclesia, & Romano Pontifice satis prolixius Tractatus, juxta fidem, sententiasque potissimas adliborti, locum habent; Febronius mox e Borealis erumpens plagi, Italicasque Regiones scriptis suis pervadens, nostra Systemata suis novis, ac plane precariis hypothesibus, tertio, quaternoque prae lo, trans, circaque montes editis, subvestere ausus est, atque divexare, cum magna fidei Orthodoxy, ac Religionis iactura. Hinc alterutrum sane contingere necessario debebat; aut impugnationem a Transmontano intentatam subfert, vel S. Sedis Causam pro viribus jam ante auctoratam, collectis iterum animis tueri. Si silentium fuisse electum, in cassum hac in parte Tentamina sua Theologica, donec Febronianus Liber inultus excurreret, rediiffens. Si vero hoc aggressio, eversatioque, sententia Italica novis vallis muniret, Causa sua fortior ac antea, ac que munitor revixisset. Mea itaque peractum est insinuatione, ut opus istud pro privata Amicis mei Minerva, rurales inter solitudines adlaboratum, lucem publicam acquireret, & Supplementi ad instar, tentaminum Theologicorum volumen primum comitarentur; eorumdemque vices suppleret in omnibus iis, que ibi pro eorum brevitate desiderari poterant. Facile fuisse, non diffiteor, passim in hoc Volumine objecta Febroniana inserere, eaque viritim concutere, atque profligare; at Febronii Liber, qui in inventis felicior, ac Vesputius Americus, aut Columbus se jactitat, paucis reselli non patiebatur. Hinc cum Amicis, ad directam Adversarii impugnationem devenire consultum fuit; & obsecrui, si que sunt, plane de medio tollere, atque eversare. Restat nunc et aliqua de Cl. Febronio dicamus, ne Epistolæ nostræ ad invidiam iniuste traducantur.

Non enim inconsulta praesidentis Italum nostrum ad hanc sparsum ornatam pertraxit; sed summum Adversarii supercilium in Italicas, erga S. Sedem Romanam sententias, calamus suum irritavit. Tot enim, ac tanta Vir ille suis in Libris de hoc arguento conservavit, ac si ex illis, e suo fastigio Catholica fides delapsa fuisse; & universa Italia sub altis ignorantiae, ac militie tenebris infepulta jaceret. Hinc nemo conqueti poterit, si animi pro Italorum tutela aduersus Febronium excitati sunt; siquidem industria, & dolo peractum est; ut fetus ille in Germania malo tempore partus, etiam in Italiam transveclus fuerit; ut heic quoque typis bis, iterumque pressis, veneni sua quaqueretur diffundideret. Titulum satis speciosum præfert: JUSTINUS FEBRONIUS J. C. de stata Ecclesie, & legitima Potestate Romani Pontificis, Liber singularis, ad remiendos Dissidentes in Religione Christiana compositus. Bullioni apud Guillelmum Evarardi MDCCCLXIII. Prospectus Libri ferre creditur larvatum hominem. Ejus Impugnatores de vero nomine eundem typis expostularunt; sed ille in Appendix sua III. pag. milii 80. se manifestare recusavit. Quidquid sit, contra ejus Librum, non contra personam Italus noster dimicat. Si Epistolare Commercium fidem sibi prometeret, habemus in Febrone Canonicum Moguntinum, qui sub hoc nomine personatus, facies ad Diane templum admovit. Bono autem, vel infelici omne Ecclesia dijudicet. De hoc scripsit Auctor, quod ab Amico per Epistolam perceperat. In quo prolixius hujus facinoris relatio, ultimis circumstantiis expolita, ad fidem sibi comparandam aptissimis, continebatur. Quapropter mirum non est si Canonicum Moguntino liber ille adjudicatus fuerit; cum Relatores Virum hunc de fatali hoc opere accusaverint. Ea prælo publico non edimus, ne forte falsa pro veris promulgernus. Noster Italus postremo commonefactus est Febronium non inter Canonicos Moguntiæ locum habere; sed inter Trevirenses; & esse Canonicum, & Decanum ad s. Simenem; nec non in binis aliis Ecclesiis Collegiatis in eadem Civitate. Judicem insuper esse Ordinarium Ecclesiasticum; & Episcopum in Partibus; Archiepiscopi Trevirensis suffraganeum: cuius nomen sit: D. Nicolaus de Hontheim Episcopus Mirofidiensis in Thracia. Causa autem tam atrociter scribendi fuisse fertur reprobatio cujusdam sententia a se facta, & ad Romanam Sedem a Parte subcumbente appellata, quam cum excutere & exfuscare nequiverit; ad hanc ultionem se se projecterit. Litteræ iste servantur: sed in tali ac tanta dissensu veritas cum non semper eliquescere possit, hinc se sponsorem Italus non ex-

AD CLARISSIMUM VIRUM JUSTINUM FEBRONIUM J. C.

E P I S T O L A I.

S U M M A R I U M

Consilium Febronii de Reuniedis Dissidentibus in Religione Christiana commendabile, media vero iniqua. Preiuerat Dupinius, sed uerobique ex ira contrario, uti Maimburgo exprobras Cardinalis Sfondratus. Arrogantia Epistola nuncupatoria inaudita; Ejus enim allusione ad Papam, ad Episcopos, ad Reges, ad Theologos, & ad Jurisperitos Autorem suum incollerabilis supercilii accusat; & aque retunditur. Italica ingenia ab Exteris Christianam Religionem discere non indigent. Methodus ipsa in impugnatione prescribitur, quam subimet Adversarius in suis Tractatisibus præfixit.

I.

Tuotus tibi nomine, & personi, Nationeque extraneus ad te venio epistolari Commercio, Febroni Cl. ut obsequium, & exhortationem, quibus erga te summopere affectus sum, tibi testor; atque una simul tibi, & tuis admirationem pacificam, qua in tuis scriptis legendis, & expendendis supra modum corripior; sive propositum tuum dimetiar, sive media, quibus perfungeris, observem; sive multijugam eruditionem tuam contempler; siquidem omnia sunt particulari animadversione dignissima. Nihilo secius a te enixe veniam precor, & ex animo obtestor; si tibi, quo in eis desiderantur, ingenue adaperiam. Non est dubitandum, quin scopus tuus fuerit, ut universæ Nationes ideas tuas percipient, & adoptent: hac de re scripsisti; hac de re typis evulgasti, & data opera latino Idiomato usus es; ut omnes itidem Nationes asserta tua legere valcent, & in propositum tuum, si fieri posset, unanimiter descenderent. Hoc aperte significasti ad calcem Appendixis tuæ secundæ his verbis: *Scriptus Febronijs, non pro Ecclesia Germanica, sed pro omniis Ecclesijs. Si ita est, pro certo habeo non omnes Ecclesijs, tuis scriptis fore nomen suum daturas; nisi forte ut ea damnent, & diris doceverant. Nullus dubito, quin immensi labores tui fuerint in compilandis, quo exponere intendebas, & ad tuum Systema confundum erant necessaria. Dijudicabunt interea Doctiores Virti, an congeries tuæ opes minervæ eruditioris dici debeant, vel ruidis, indeindeque molis; ac interim fatis tibi sit de rebus tuis Italorum Judicium; videlicet: Propositum tuarum probationes, ratiocinio solidò, evidenti, constanti, & geometrico circare. Idcirco, nil, parumve tibi proderunt libri tui,*

dummodo potiori criterio in felicibus argumentis non utaris, & meliori ratiocinio in operis testura. Tua tamen moderatione ego gloriabor, si me patienter susuleris; quoadusque mea dubia tibi representavero; & pares vices mihi reddideris honesto calamo, & castigata oratione; si quidquam repetere malueris. Jam bene agnoscis, dissidium nostrum non circa Causam privatam versari, quo in opinando nos dividit; sed est causa communis, cuius partes, cum uterque nostrum defendere conetur, scommatibus, & convitiis nos ambo parcere debemus. Ego revera universam tuam maleam in singulis periodis non aggredior; Tantum enim otii mihi non suppetit, qui ad alias Provincias curritandis dilectus sum. Satis enim mihi est potiora tui fundamenta considerare, an nutent, vel firmi sint; quo ad ei præterim arguments, quo alibi exponere curavi, & pro viribus defendere satagi. Cætera tua Afferta adoptent, vel rejiciant ahi, parum mihi interest. Certus tamen sum, nullius amplius usus libros tuos futuros fore relate ad intentum tuum, si mihi concederis, quod negatione non poteris, & a te arguments meis extorquere confido. Non fileo tamen, me a testimoniis non exspectare; ac tu præstitilli in Vindictis tuis Febronianis. An inadversi enim tam longe esse, ut animum erga Adversarios tuos mitiges; quinimmo ferocior, & undeaque intemperantior filius tuus erumpat. Quis autem culpandus sit, an Adversariorum impetus, vel animus tuus immitis, non dijudico. Vigilabo ego certe, ne verbis infrauenis furorem tuum contra meciam, qui paci, & quieti studio, nec commotionibus animorum oblectari soleo. Tu de te, in Appendix secunda ad §. primum Adversario tuo eruditonem tuam commendanti, respondes: *Eruditum esse Febronii Italicum circa ironiam fareberis, legie enim, &*

I T A L U S
A D
J U S T I N U M F E B R O N I U M
J. C. C L A R.
D E S T A T U E C C L E S I A E
T O M U S S E C U N D U S
C U I I T A L I C A E A D D U N T U R V I N D I C I A E
I N L A R V A T U M
D A N I E L E M B E R T O N U M .



V E N E T I I S , M D C C L X X V .

A P U D S I M O N E M O C C H I
S U P E R I O R U M P E R M I S S U , A C P R I V I L E G I O .

INGENUO LECTORI.



Bsolutum plane, atque suis numeris satis completum futurum fuisse laborem suum per viginti Epistolas contra prium Febronii librum jam Italus auspicabatur; idque vero quammaxime ob auxiliares Scriptorum copias in auxilium adventantes, qui eum ad incitas reduxerunt, fogamque ab eodem absulisse credebantur. Verum spes in easum rediit; si quidem adeo absuit, ut Adversarius undique tam valide impetus tor viribus contra se stantibus, dociliter cesserit; quinimmo furore creco abruptus in pejora commenta irruerit; dum non amplius nec in dengandis Sedis Apostolice Privilegiis, nec in impugnandis dignitatis Pontificie Affectoribus modum servaverit. Quapropter Italus novis Epistolis, prout occasio obserbatur, operam navavit. Quatuor alias actuum glucubravit. His omnibus numero vi- ginti quatuor, coronidem imponere nescie fuit, mediante Reclamatione contra autum Febronii inauditum, qui subtractionem obedientiar erga S. Sedem debitae per Epistolam indicere, & commendare non trepidavit. Autem ab Italus has esse columnas, ultra quas Adversarius neque gradum extendere valuerit; sed in sua opinione se se tertio deceptum vidit; quandoquidem Febronius sub larvato Danielis Bertoni nomine novo volumine contra illum stetit, atque ad vindicias pro suo decore ineundas eundem impulsit. Has ultimas ab Epistola XXV. usque ad calcem habebis. In Prefatione eis prehixa leges, quae nunc data opera omittuntur, ut locum eundam Monito hec obiter cedamus, quod in Prefatione ad Ephemerides R. evulgatum legitur; cujusque verba ab Amico ad me humaniter transmissa sunt. En eorum tenor.

Promettiamo, che certi scritti Polemici non ci avranno più luogo; giacchè per la Provvidenza del S. P. R. *viribus Orbe pacato*; ed è come al Secol d' Augusto chisso il Tempio di Giuno. Sia ciò detto a conforto di coloro, i quali non leggono voluntieri certe materie tanto lontane dalla tranquillità, e dal silenzio delle belle, ed ingenue Muse. "Prefat. ad torni an. transacti. Quo hæc verba Enunciatores illi direxerint; quid per scripta Polemica intelligent, Italus non clare percipit; Varie enim sunt notiones, que in hac periodo latitant. Quinimmo nec se Polemicum jactitat, nec tanquam vere polemica sua scripta dictitat. Idcirco plane ignorat, utrum ab his Scriptoribus velicatus sit. Attamen ad se quod spectat, testari potest calamum suum non distinxisse, ut vota, ut genia, se plausus ab iis sibi compararet; solam ille necessitatem scribendi consuluit, ceteris autem aliis respectibus disjectis. Hujuscem necessitatis ratio jam alibi expolita est. Interim quod Viris natis emunete non adridet, illud est: 1. Viros istos ostendere se magis ad dominia temporalia, quam ad Privilegia Sedis Apostolicae esse intentos. Quis cordatus hæc feret? 2. Addunt eos vivere per providentiam S. P. R. *orbe pacato*. Respondent, "notionem hanc esse perplexam. Si enim de controversiis circa jura Regia loquuntur; nec eorum intentum nitide exprimitur, nec ad Polemicam pertinet. Idcirco abs re testantur se in posterum hujusmodi scripta curaturos non fore. 3. Si Opusculis ad Religionem spectantibus alludent, quos colligere, ut legere renuant, ne radio afficiantur; fidentissime dicimus *Orbem non esse*, nec dici posse *pacatum*. Dicas enim undique aggressiones Catholica Religio subfert. Ebullient undique Increduli; occurront undique Hæretici, cum Hæreticis Deista, & cum illis Naturalisti, Atheti, Epicurei, Materialisti tunc libris peste scacentibus, quoniam colloquii in ipsam Italia. Ex quo fit, ut Orthodoxya derideatur, Catholica Religio insultetur, & pieris Sarcalmis, & Satyris obruster, & Ephemerides italicæ *Orbem pacatum* nunc enunciant, *clausumq. Jani Templum*, regnante Augusto, etiam in praesentiariam dicunt? 4. Solatia promittunt in posterum delicatulis auribus, que molestia solent affici, cum legunt quedam, que a tranquillitate, & silentio venustarum, & ingenuarum Musarum sunt diffusa. Quoris modum? per silentium. Esto. Erunt ne postmodum Ephemerides ingenuæ, si tacent, que Religionem urgent, si *Orbem pacatum*, si *clausum Jani Templum* enunciant; cum orthodoxya in dies divexata immiguit, atque restringitur? Hodiecumque Musæ si silentium, si tranquillitatem in tot Fidei, & Religionis anfractibus adhuc servant, & amant, plausum ne a seguentibus sibi comparabunt? Taceamus cetera. 5. At

LEG
I T A L U S
IN
FEBRONII VINDICIAS

A
DANIELE BERTONIO
E X P O S I T A S

Illius III. Tomo

I N S C R I P T O R I U M
CAUSA BONA JUSTINI FEBRONII
ADVERSUS P. VIATOREM A COCALEO,

E T

ALIOS SCRIPTORES DEFENSA,
FRANCOFURTI, ET L Y P S I Æ

E D I T O

A N N O D C C L X X I I .

Tarde mihi hos piissimos, quantum ego arbitror, Doctores etas hujus nunc faculi prosulit:
Sero hos habuit fides mea, quam tu erudisti, Magistros.
D. Hilarius l. 6. de Trin.

LECTORI BENEVOLO.



YPIS Francofurti, & Lypsiæ hoc anno 1771, tertius Justinii Febronii tomus sub nomine Danielis Berthonii personati erupit; In quo vindicias sumit, vel sumere credit adversus Impugnatores suos; præ quibus primo loco aciem suam dirigit contra Italum ad Febronium, jama usque ab anno 1768. Luæ editum. In quinque annorum intervallo magna copia rerum congeri poterat. Verum longe minor, quamquod expectabatur. In hoc Volumine impedit P. Vistorum a Cocalio, aliosque Scriptores, scilicet P. Antonium Schmidt Socier. Jesu, Walchium, & alios. Ad Italum autem, quod adinbet salvo decore suo integro scriptum istud dissimilare posset; utpote Adversarius conditiones ei præscriptas non servaverit. Testatus enim fuerat Italus in ultima sua Epistola se nemini aures suas fore daturum nisi prius Tentamina Theologica in Volumine I. profligata, & attrita non vidisset. Siquidem cum in hoc libro fundamenta dogmatica omnium istarum questionum strata sint; & Italus ad Febronium non sit nisi merum ejusdem libri supplementum; jure merito pacie attendere poterat antea proposita, & injuncta, antequam ad tertium illum Febronii tomum moderate revera, & modeste exaratum accederet. Verum cum Febronius non solum Tentamina Theologica nec impugnauerit, verum etiam nec a longe salutaverit, jure potiori negligi poterat. Post huc binas alias Editiones Italum ad Febronium habuit; obtinuit primam Venetiis m. 1770. pluribus additamentis adiuvatum; alteram vero Tridenti italico stylo exaratam, & quatuor aliis Epistolis, una cum altâ reclamatione contra Adversarium seducentem munitam; que omnia cum inulta adhuc omnino sint, gloriari possumus etiam istud tertium Volumen Febronii in antecellum suffic expugnatum, & plane attritum, utpote nil novi serens nec in ordine, nec in merito. Nihilosecius si que in hoc libro occurrent, que novas responsiones exigant, iis non defraudabuntur. Qui Italum de hoc tertio libro ex Germania admonueret, dixerunt Febronium suos cuncte triumphos, pudoremque omnem, & cultum projecisse erga Romanum Sedem, & Ciones Ecclesie, possumdedisse eorum usum. Dolui hæc legens de nostro Veto ad mortem properante in mente, & in corde tam male affecto. Verum moderatior mihi visus est fin in Sententiis, saltum in stylo. Addebat germanice litteræ Febronii centurias in dies adaugeri. Exiguum vero esse eorum numerum, qui Antifebronianos sequantur. Hoc non officit; satis enim est, si veritas Viris Summis, licet paucis, placeat. Germania mixta est; nec semper Catholici metipi, cum de Roma agitur, unam, eamdemque sententiam sectantur. Adversarius licet a me heresis nota non invenatur, inhesitantem tamen dicam, tot ac tanta contra Romanos Pontifices, eorumque privilegia in omnibus suis libris evomuisse, ac si Orthodoxæ principis valedixisset. Et revera quicunque legerit, que Ekius contra Lutherum Pontifices blasphemintem scriptit; qui consulat, que Amesius Calvinista Puritanus adversus Bellarmini institutiones pro Romano Pontifice dimicantes exaravit, & a P. Vito Herbermanno Soc. Jesu in vindiciis Bellarmini recusa fuere; dicere non timebit: Binos istos Hereticos jam multo ab hinc tempore Adversario nostro prævilegia; & ab iis mutuasse potiora, immo fœculentiora; tanta est principiorum consonantia, & conrelatio, quæ inter eos detegitur. Omittuntur autem Sectarii posterioris ævi, quorum omnes certatim gerunt ut Papatum, eisdemque iura excrecentur, & exsufflant. Quemadmodum igitur Novatores citissime dimidium Septentrionis partem illicita ei corredendo ad se traxerunt; ita mirandum non est, si in iisdem Regionibus Febronianismus brevi tempore radices profundas jecerit, & in arborem immensum excreverit; modosque delerit; ut sub ejus umbra sternantur quicunque Primum Pontificium amant deprimere, ac plane denunciant.

Hinc mirum non est, si Doctrinæ Febronianæ sibi plausum nedium a Gente negotiis politicis dedita; verum etiam rebus sacris intenta aliquando comparaverint. Cum enim illæ illorum negotiis, si contra Romanum Sedem vergant, impense favant; Sequelam etiam, ultra quam creditur, nactæ sunt. Accedit insuper hac infestissima tempestate Campum immensum illarum cursum suffic adspersum; cum a quampluribus certatim geritur, ut Praeminentia Papalis conculcetur; Regulares Ordines demoliantur, & Ecclesiæ Dignitates elevationibus Potestatis Sæcularis cogantur inservire. Occasus pronior Auctori nostro contingere non poterat, pro suo intento; quippe qui impiis doctrinis suis tumultibus nova calcaria addere potuit. Alto dolore Italorum Regio correpta est; videns ex Septentrione novæ bella sibi intimari. Quin immo Germania metipi Apologeticæ Sedi serio adherens tantum absuit, ut de hoc Sene usque ad furorem excan-